

INDEX THOMISTICUS

SANCTI THOMAE AQUINATIS OPERUM OMNIUM INDICES ET CONCORDANTIAE

in quibus verborum omnium et singulorum
formae et lemmata cum suis frequentiis et contextibus
variis modis referuntur quaeque

auspice PAULO VI Summo Pontifice

consociata plurium opera atque electronico IBM automato usus digessit
Robertus Busa SI
in Gallaratensi Facultate Philosophica Aloisiani Collegii Professor

A.D. 1975

frommann-holzboog

HANC EDITIONEM PROMOVERUNT

1 *suo Patrocinio:*

Albareda Card. Anselmo OSB
Alfonsi Luigi
Andreotti Giulio
Angelini Arnaldo Maria
Arnaldi Francesco
Battaglia Felice
Biraghi Lossetti Ludovico
Boldrini Marcello
Boyer Charles SI
Cacciavillani Antonio
Caglioti Vincenzo
Calderini Aristide
Carrelli Antonio
Delitala Giacomo
Dell'Amore Giordano
Dezza Paolo SI
Dondaine Antoine OP
Dosi Mario

Faedo Alessandro
Ferrabino Aldo
Gemelli Agostino OFM
Lazzati Giuseppe
Luciani Card. Albino
Maisonrouge Jacques G.
O'Connor Mons. Martin
Pagliaro Antonino
Petrini Cattaneo Giannina
Petruzzellis Nicola
Polvani Giovanni
Raes Alfons SI
Salvini Giorgio
Severi Francesco
Stabilini Luigi
Stickler Alfons SDB
Vallauri Giancarlo

2 *in re Scientifica et Editoriali:*

Arnou Réné SI
Braga Ugo
Brugger Walter SI
de Contenson Pierre-Marie OP
Faller Otto SI

Giacon Carlo SI
Kaufman James
Lippi Luciano
Stefani Rev. Pietro
Zampolli Antonio

3 *in usu Electronicci Automati:*

IBM Italia et IBM World Trade Corporation periti

4 *in re Oeconomica:*

Borlenghi Lorenzo
Caiani Ambrogio
Crespi Lucia
Cuccirelli Aldo Luigi
Labadini Pietro
Melloni Luigi

Moderatores IBM
Pensotti Carlo
Sardella Alessandro
Tasman Paul
Valentini Mario
Valera Giulio

5 *rem totam moderando:*

Pozzi Enrico SI

SECTIO PRIMA

INDICES

VOLUMEN 1

INDICES
DISTRIBUTIONIS

PROSPECTUS DISTRIBUTIONIS
LEMMATUM A-Finis
FORMARUM A-C

COMPENDIARIA EXPLICATIO de Indicibus Distributionis

1. Indices seu Tabulae Distributionis ostendunt in quibus nostris operibus, quoties et qua ratione unumquodque vocabulum occurrat. Quod quidem fit dupli modo: primo in prospectu, secundo singillatim. Utraque tabula in binas tabulas subdividitur: unam lemmatum, alteram formarum. Quattuor sunt ergo Tabulae Distributionis quae replent octo priora volumina Primae huius Sectionis Indicis Thomisticæ.

2. DE PROSPECTU DISTRIBUTIONIS LEMMATUM

2.1. Hic Prospectus seu conspectus enumerat omnia et singula et sola illa lemmata quae saltem semel in uno saltem nostro opere, occurrent.

2.2. In binis suūmis paginis a sinistro ad dexterum latus procedunt numeri et - in verticali ordine dispositi - codices seu signa abbreviata operum. Subsunt numeri qui exprimunt quot millibus vocabulorum hoc opus constet.

Spatii gratia, quaedam opera in hac Tabula in unum coadunantur: v. g. 040+09 significat opusculum 040 coniungi hic, et hic tantum, cum novem opusculis quae ei succedunt in Tabula Operum. Si quando ergo aliquod vocabulum significetur semel tantum occurrere in ea summa plurium operum - ut v. g. accidit adverbio *ibidem* - Tabula Singillationis occurrentiae vocabulorum in singulis operibus de qua v. n. 4, certiore te faciet in quo ex his decem opusculis haec unica occurrentia reperiatur.

2.3. Ad dexterum latus prioris paginae adsunt lemmata unum sub alio. Lemmata significantur tantum prima sua voce atque illo numero qui fungitur munere codicis ipsius. Quare lemmata identica, scilicet homographa, distinguuntur tantum diverso suo codice numerico. V. g. tres adsunt hic *sero*: 74586, 74587, 74588. Singillata Distributio declarat horum valores: etenim ibi 74586 dicitur *1 conj*, 74587 dicitur *3 conj/necto* et 74588 dicitur *3 conj/semino*. (Dum nomen indeclinabile *sero* est « unificatum » lemmati 74661 *serus-a-um*). Illa lemmata quae nomina propria sunt aut a nominibus propriis proxime derivantur, initium accipiunt littera capitali.

2.4. Globuli et lineolae in utriusque paginae contiguis internis lateribus verticaliter dispositi et invicem respondentes, iuvant oculos qui eandem vocem persequantur a priori pagina in alteram.

2.5. Omnia lemmata, scilicet sive lemmata communia sive nomina propria, ordinantur in unicum ordinem alphabeticum iuxta suam graphiam. Sed semper novissimum locum tenent lemmata specialia, scilicet numeralia, vocabula non latina, imperfecta, abbreviata, notae musicales, alia symbola etc.

2.6. In ima pagina, ad pedes columnæ vocum, numeri crassiores inter parentheses succedentes ultimæ voci, significant quot diverse voces numeratae sint ab initio hucusque.

2.7. In unaquaque columna operum, sive ad sinistram sive ad dexteram vocis, adsunt tres characteres, quorum primus et secundus exprimunt summaria ratione quantitatem, tertius vero « typum » occurrentiae huius vocis in hoc opere.

Numeri a 01 ad 99 significant hanc vocem in hoc opere occurrere totidem exacte vicibus. Sed r significat integras centenas occurrentias, s integras millenas, t integras decies millenas. Quare:

- 1r = a 100 usque ad 199
- 2r = a 200 usque ad 299 etc.
- 1s = a 1000 usque ad 1999
- 2s = a 2000 usque ad 2999 etc.
- 1t = a 10.000 usque ad 19.999
- 2t = a 20.000 usque ad 29.999 etc.

2.8. Quinque vero symbola non numerica declarant typum occurrentiarum quantum attinet ad originem contextus: qua proportione scilicet haec vox occurrat in sententiis quas auctor ipse de suo composuit vel e contra in sententiis quas citavit, ad litteram vel ad sensum, ex aliis depromptas. Perperam quippe quis attribueret lexico ipsius auctoris voces quas ille desumpsit ex alienis. Ipse autem animadvertes operam qua haec diversitas originis uniuscuiusque sententiae in textu consignata est, fuisse obnoxiam limitibus et incongruentis omnis humanae activitatis, quae per plures annos consociaverit labores plurium et quidem variorum hominum. Ideo:

- ‡ = omnes occurunt in sententiis auctori propriis.
- = nulla occurrit in sententiis auctori propriis.
- † = duo tertiae partes vel plus, sed minus quam omnes, sunt ex propriis.
- § = una tercia pars vel plus, sed minus quam 2/3, sunt ex propriis.
- ¶ = minus quam una tercia pars est ex propriis.

3. DE PROSPECTU DISTRIBUTIONIS FORMARUM

Prospectus Distributionis Formarum sequitur omnino eundem modum quem de Prospectu Lemmatum nuper declaravi. En tamen aliquae animadversiones de quibusdam differentiis.

3.1. Formae hic ordinantur in unum ordinem alphabeticum iuxta suam graphiam. Propterea formae eiusdem lemmatis non semper inveniri possunt simul collectae, cum earum graphia interdum eas dispergat in diversos et quidem dissitos locos.

3.2. Lemmatum communium et nominum proprietorum omnes et singulæ formae hic adducuntur quae occurunt saltem semel alicubi in uno saltem opere: sed « speciales » quaedam formae hic absunt. Sunt autem 477 voces imperfectae, 194 numeri romani et 685 numeri arabici. Nulla enim videbatur ratio cur etiam haec in Prospectu proponerentur.

3.3. Plures formae in nostris textibus patiuntur variationes graphicæ, quales v. g. *actio/accio*, *cuius/cujus*, *eva/heva*, *vivus/uivus*. Singulæ quidem formae graphicæ variatae ubique lemmatizatae et computatae sunt singillatim distinctæ, sed in Prospectu occurrentiae singularum variationum eiusdem formae coniunctæ sunt in unum complexivum numerum qui attribuitur ei voci quae iudicata est esse illarum princeps seu basis. Quare v. g. occurrentiae quae agnoscentur voci *evae*, comprehendunt etiam occurrentias sive *euae*, sive *hevae*, sive *eve*. Non autem Prospectus sed Singillatio connotabit quaenam sint formae quae recipiunt variationes graphicæ. Solae vero illæ Tabulae quae Summaria Lexici vocantur quaeque suo tempore edentur, ostendunt quot et quales adsint variationes uniuscuiusque formæ.

3.4. Nullum autem signum connotat hic voces homographas, praeter hoc quod quaedam formae occurunt identice repetitæ: has solus numerus lemmatis diversificat. Homographia enim declaratur in Singillatione. Ad quam etiam recurrere te oportet, si quando in hoc Prospectu non invenias unde conjicias naturam vocis, utrum v. g. sit verbum aut nomen aut adverbium.

3.5. Dum in Prospectu Lemmatum lemmata specialia tenent novissimum locum, eorumdem formae in Prospectu Formarum occupant eum locum quem sua singulis graphia assignat. Quare Lacuna, sive signum vocabuli deperditæ, occurrit ut prima forma, utpote quae tribus lineolis (...) repraesentatur; voces vero breviate et non latinae, non secus ac notae musicales et reliqua symbola, occurunt permixtae secundum graphiam cum reliquis formis.

4. DE SINGILLATA DISTRIBUTIONE LEMMATUM ET FORMARUM

4.1. A tabulis praecedentibus in multis differunt binae huiusmodi tabulae. Hic enim adsunt tituli etiam illarum vocum quibus nulla occurrentia agnita est, ut patebit cum de transmissionibus infra (vide n. 6) locutus ero. Titulis insuper adjiciuntur connotationes (vide n. 5) quae lectorem informant de categoria morphologica vocis, de typo homographiae et de aliis. Nulla praeterea hic adest coniunctio plurium operum in unam summam vocabulorum, sed praesentiae vocum rigorose distribuuntur per singula opera licet minima molis. Adhuc: occurrentiae quae excedunt 99 non summaria approximatione, sed rigorose determinantur usque ad ultimam unitatem. Typi vero originis contextuum in quibus illa vox occurrit, non iam dividuntur tantum in duos, scilicet *ex propriis/ex alienis*, sed distribuuntur in plures. Tandem centesimae proportiones (*percentage, Prozent*) iam computatae adjiciuntur praecipuis quantitatibus.

4.2. Lemmata hic ordinantur eodem ordine quo in Prospectu. Sed eis hic subiungitur, ad instar appendicis, distributio syntagmatum per opera ipsius S. Thomae. Quid syntagma sint et quare ratione a nostro automato fuerint collecta, vide si vis in Compendiaria Explicatione de Concordantia Prima Sectionis Secundae, in paginis XII et XIV-XIX voluminum a I ad X. Adverte consequenter omnes voces quae in aliquo syntagmate includantur, bis computatas esse, scilicet semel ut voces singulæ unaquaque sub suo lemmate et sub sua forma, atque dein interum ut in suo syntagmate inclusae. Syntagma autem inter se ordinantur iuxta ordinem lemmatum quibus succedunt.

4.3. Sed formæ hic ordinantur alio modo ac in Prospectu. In Singillatione omnes formæ, sive nominum sive verborum, prius colliguntur sub suipius lemmate atque sub eodem lemmate disponuntur eo ordine quem tenent in paradigmatis grammaticæ.

4.4. Omnes quidem formæ absque ulla exceptione hic computantur et enumerantur, illæ scilicet etiam quae a Prospectu absunt. Sed eae formæ quae sunt obnoxiae variationibus graphicis non recipiunt hic documentum distinctum iuxta sui variationes, sed coniunguntur sub sua sola voce principe, eodem prorsus modo ac in Prospectu.

4.5. Unaquaque pagina in tres columnas dividitur. In unaquaque columna, post titulum lemmatis vel formæ, subveniunt lineae quae exhibent quantitates illius vocis per opera (vide n. 4. 6.). Hæ autem lineæ duplices sunt rationis: illæ enim praecedunt quae declarant occurrentias vocis per singula opera; has consequuntur illæ quae summant has occurrentias complexive et distinctim sive pro serie operum thomisticorum sive pro serie operum aliorum auctorum, quorum signa semper incipiunt cum littera X. Praesentes aut absentes numeri et codices operis discernunt hos duos typos linearum, quas vocabimus «lineas operis vel operum» et «lineas complexivas».

Adverte lineam complexivam tunc tantum adesse cum praecessent saltem duo lineæ operum eiusdem seriei, obvia ratione. Quare, si quando, ut v. g. in vol. IV 80c sub lemmate *ansa* invenias lineas operum 071(CMT) 119 (XCC) 137 (XDA) 171(X2A) praecedere unam lineam complexivam, ipse animadvertes hanc lineam referri debere tantum ad illa tria quae incipiunt cum littera X, non vero ad omnia quattuor opera quae praecedunt.

4.6. In lineis operum primo loco inveniuntur numerus et codex operis, post quem signum # interdum denotat editionem criticam. Sequuntur decem series numerorum, quas litterae appositæ in summa columna consignificant dividendas esse in decem sub-columnas, quarum en valor:

a dicit quot millibus vocabulorum hoc opus constet, reliquis infra mille omissis spatii gratia. Quare opera quibus 000 vocabula agnoscantur, intelligenda sunt constare minus quam mille vocabulis.

b dicit quoties haec vox occurrat in hoc opere omnibus praesentiis absolute computatis, non refert cuius sint originis.

c dicit centesimam proportionem numeri b comparati cum numero a in eadem linea operis, scilicet relati ad numerum complexivum vocabulorum quae adsunt in opere.

d dicit centesimam proportionem numeri b huius lineae comparati cum numero b qui adest in linea complexiva eiusdem seriei: scilicet proportionem inter praesentiam vocis in hoc opere et numerum complexivum occurrentiarum in omnibus simul operibus eiusdem seriei in quibus adest.

e dicit quoties haec vox occurrat in sententiis quae maxima proprietate sunt tribuendae ipsi auctori tamquam ei qui eas primo composit. Sunt autem omnes sententiae quae nec citationem nec ubicationem continent.

f dicit quoties occurrat in ubicationibus. Ubicationem id voco quod moderne vocamus *reference, Stellenangabe*. Sunt vero duplices rationis: vel quae remittunt ad opus alterius auctoris, ut v. g. *sicut dicit Philosophus in V Metaph.*; vel quae remittunt ad aliam partem suorum operum, ut v. g. *sicut supra dictum est*. Hæ sententiae scilicet declarant ubi reperiendus sit fons loci adducti ad litteram vel ad sensum. Hic typus sententiarum ad hoc praecipue specificatus est, ut quis valeat discernere quoties v. g. *anima* occurrat in titulo alicuius libri potius quam in sententia doctrinali.

g dicit quoties vox occurrat in pericopis quae tamquam citationes ad sensum a nobis agnitas et consignatae sunt, in illis scilicet sententiis in quibus presumenda est adesse mixtio inter vocabularium ipsius auctoris et vocabularium alterius auctoris ex quo hic ad sensum citavit. Sed, ut volumen introductionis suo loco illustrat, in commentariis (operibus a 050 ad 076, 078, a 084 ad 100 et aliis inter 119 et 179) consignatae sunt ut citationes ad sensum solummodo illæ pericopæ in quibus auctor commentando refert doctrinas operum diversorum ab eo opere cuius agit commentarium.

b dicit centesimam proportionem numeri g ad numerum b: scilicet quota pars occurrentiarum adest in citationibus ad sensum.

i dicit quoties haec vox occurrat in pericopis quas nos agnovimus et consignavimus ut citationes ad litteram: sive quae vere et proprie sunt citationes, sive illæ binae vel ternæ voces quas auctor adducit in divisionibus textus quem commentatur, ut indicet in quas partes subdiviserit capitulum commentandum.

k tandem dicit centesimam proportionem quantitatis i ad quantitatem b.

4.7. In lineis complexivis:

— in columna a ipse animadvertes summam vocabulorum computari non solum iuxta integras millenas occurrentias, sed etiam ratione habita reliquarum unitatum usque ad ultimam: quare dum v. g. 073(CL) et 074(CJO) respective habent 191 et 175 millenas occurrentias, eorum summa non erit 366 sed 367, quippe quae resultat ex 191.638 + 175.419.

— de numeris in columnis b et c et postea ab e ad k valent ea quae supra dixi de lineis operum.

— sed in columna d centesima proportio numeri b accipienda est relata ad summam complexivam vocabulorum quibus respective constant vel opera omnia ipsius S. Thomae vel reliqua simul opera aliorum auctorum. Tabula Operum docebit opera a 001 ad 118 constare vocabulis 8.767.854; opera vero a 119 ad 179 constare vocabulis 1.864.125. Aliis verbis: in lineis complexivis, sub c datur centesima proportio omnium occurrentiarum ad omnia simul illa opera in quibus ea vox occurrit; sed sub d datur centesima proportio eiusdem numeri b ad omnia simpliciter opera simul, iis scilicet etiam computatis in quibus ea vox non occurrit.

4.8. Quando in columnis c, d, b, k linearum sive operum sive summarum, adest centesima proportio ,0000, oportet respicere ad numerum absolutum cui respondet. Si hic numerus est 0, etiam centesima proportio est simpliciter nulla. Si econtra hic numerus esset maior quam 0, tunc centesima proportio significaretur esse inferior quam ,0001.

5. DE NOTITIIS QUAE ADJICIUNTUR TITULIS

In Singillata Distributione sive Lemmatum sive Formarum titulis adjiciuntur quaedam notitiae derivatae ex nostro Lexico Electronico Latino. Quando spatium in eadem linea non sufficiat omnibus notitiis, eis substituitur signum [...] ut v.g. accidit lemmati 20177e *Constantinopolitanus*.

5.1. Valor earum notitiarum quae afficiunt titulos lemmatum hic est:

decl(inatio) conj(ugatio) indecl(inabile) invar(iabile).

spec(ialis) declinationis vel conjugationis dicuntur illa lemmata quorum saltem una forma aberrat a consuetis inflectendi normis, ut sunt *dico duco facio fero* et composita ratione imperativi *dic duc far fer*.

1-2decl(inationis) 3gen(erum) dicuntur lemmata ut *bonus-a-um*.

3decl 2term(inationum) dicuntur lemmata ut *suavis-e*.

indecl gen c-i significat indeclinabile generis communis vel incerti.

plmrph: polymorphica dicuntur lemmata habentia formas vel in diversis declinationibus aut conjugationibus vel aliquas flexas et aliquas indeclinabiles.

hnd: ut **h(omographa) n(on) d(ivisa)** signantur pauca quaedam lemmata, elaborata quidem ut singulum lemma, sed quae iudicanda sunt habere reapse homographas significationes.

np: indicat lemma esse aut **n(omen) p(roprium)** aut nomini proprio proxime cognatum.

:2 : connotat lemmata constantia ex partibus quae possunt inveniri etiam disjunctae, ut *abinicem, aqueductus, quinimmo*; lector inde certior fit forte oportere his etiam separatim attendere.

Tandem brevis quaedam vocula interdum adiungitur ad distinguenda iuxta significationem lemmata secus prorsus identica. Eadem pariter adiungitur iis decem lemmatis quae non sunt vera lemmata, sed formae homographae quae non fuerunt divisae, utpote nimis frequenter occurrentes. Haec distinguit littera z adiecta numero: vide v. g. 67866z *quam, quod*.

5.2. Lemmata specialia habent insuper has notitias:

forte hom: ut fortasse **hom(ographae) voces** sunt considerandae formae quorumdam lemmatum specialium, eo quod quaedam inter illas — quis scit? — reapse habere possunt plus quam unam significationem.

forte cum voc(abulis) dicitur lemma quod colligit omnes figurae quae sunt delineatae in textu: plerumque enim agitur de propositionibus ex logica dispositis et intersecatis geometrica ratione: voces equidem quae has propositiones constituant, non fuerunt acceptae in nostrum textum magneticum.

Cur de Lacuna (vide n. 3.5.) dicatur **in textu** et cur de 98000 Num. Rom. et 99000 Num Arab. dicatur **numeris**, ipse statim intelliges.

5.3. Titulis formarum hae notitiae adjiciuntur:

hom non div: ut **hom(ographae) non div(isae)** connotantur formae quarum possibilis homographia adhuc non est dijudicata, ut infra dicam n. 6.1.

hom div: **hom(ographa) div(isa)** dicitur forma cuius contextus omnes unus post alium fuerant attente considerati atque nostris manibus unusquisque assignati suo lemmati, antequam denuo committerentur automato ulterius elaborandi.

vr seu **var(iae graphiae)** indicat huius formae dari in nostris textibus variationes in modo quo scribitur; eas autem variationes vocamus mere graphicas quae editoribus potius quam stylo auctoris tribuendae visae nobis fuerunt, ut v.g. *cuius/cujus, Niobe/Ynobe*.

hn seu **h(omographa) n(omini proprio)** dicit hanc formam posse etiam attribui uni vel pluribus eorum nominum quae Forcellinius

in suo Onomastico coligit: connotat scilicet homographiam onomaticam huius vocis.

he seu **h(omographa) e(ncliticae)** monet lectorem de saltem theorettice possibili homographia inter terminationem huius formae et particulas encliticas: in facto enim v.g. *actione* et *divisi-ve* possent etiam legi ut *actio-ne* et *divisi-ve*.

5.4. Omni tandem titulo formae habentis lineas operum adnectitur nota ad extremam dexteram partem lineae: **e+g vide in conc 1/2.**

Etenim voces quae occurunt in ubicationibus (*f*) et in citationibus ad litteram (*i*) omnes sunt amandatae Concordantiae Secundae, cuius nomine significo eam concordantiam quae commiscebatur in unum ordinem alphabeticum, sed distinctas eas servando, illas concordantias quae vocabantur secunda, tertia, quarta et quinta in illo opusculo quod praeanunciavit editionem Indicis Thomistici. Vocum autem quae occurunt aut in sententiis auctori propriis (*e*) aut in citationibus ad sensum (*g*): invariabilia, pronomina, specialia et vocabula dicendi aut connexionis, pariter recipiunt brevissimum contextum in Concordantia Secunda; reliquae vero voces recipiunt contextum longiorem in Concordantia Prima. Perpaucis formis additur **in nulla conc(ordanitia)**. Etenim vox *etcetera*, brievationes de partibus operum ut *lib. cap.* et omnes numeri infra 200 qui sint numeris expressi in textu, computantur quidem in Indicibus sed non recipiunt ullum documentum in ulla concordantia.

5.5. De titulis etiam syntagmatum quaedam adnota. Litterae ab *a* ad *t*, post numerum lemmatis applicatae, distinguunt plura illa syntagmata quae idem lemma continent. Omnia syntagmata enuntiantur in suo titolo per voces lemmatum et non formarum, quibus constant. Sed excipiuntur quinque voces: *mer-itum, pecc-atum, sanc-tus, subj-ectum, suppo-situm*. Hae enim voces, ut volumen introductionis fusius illustrat, in nostro Lexico Electronico Latino sunt « unificatae » ei verbo, cuius saltem morphologice sunt participia. Sed probabilitas quandam aliam formam eiusdem lemmatis ingredi in idem syntagma, iudicata est negligibilis.

6. DE TRANSMISSIONIBUS

Voco transmissiones (*renvoi, cross reference, Verweis*) illas sententias quae in Singillatione declarant cur hic titulus prorsus careat qualibet occurrentia.

6.1. **ab homographis non separata.** Iam scis nos vocare homographas illas voces graphice identicas quae pertinent ad plura lemmata. Formae huiusmodi divisae sunt in duas series: *a.* illae quarum contextus sunt individuali consideratione discreti iuxta suas significationes; *b.* illae e contra quarum contextus absque examine sunt omnes assignati uni tantum ex possibilibus significationibus. Exemplum priorum sit *intellectum*: omnes contextus in quibus vox *intellectum* inventa est esse ex *intellectus-us* sunt huic lemmati assignati, omnes vero in quibus apparuit esse ex *intellectus-a-um* sunt huic alii lemmati attributi. Quare utraque forma fert in suo titulo notitiam **hom div.** Exemplum posteriorum sit *abdicat*, quae est vel praes. indic. ex 00147 *abdico-are* vel praes. conjunct. ex 00148 *abdico-ere*. Iudicavimus nos posse iure negligere, utpote minimam si tamen aliquam, probabilitatem quod in nostris textibus significet *abdico-ere*.

Omnies ergo occurrentiae automatice attributae sunt formae *abdicat* ex lemmate 00147 *abdico-are*, addita huic formae notitia **hom non div.**

Alteri autem formae ex 00148 *abdico-ere* nullus simpliciter contextus assignatur sed sola transmissio « ab homographis non separata ».

Quas sibi homographas voces unaquaeque talium habeat, sub qua vero ex aliis sint adunati omnes contextus, non declaratur hic sed in illis Indicibus, suo tempore edendis, qui vocantur Summaria Lexici. Illa autem lemmata dicuntur ab homographis non separata quorum omnes formae recipiunt eamdem transmissionem.

6.2. **vide sub altero componentium:** dicitur de alterutra ex formis stricto sensu compositis, de illis scilicet quae compositae non constiunt unum tertium lemma. Huiusmodi v.g. sunt *genitoque* et *non-animal*. Forma enim v.g. *non-animal* bis intitulatur: 1^o sub

lemmate *animal* cum lineis operum in quibus occurrit, 2° sub lemma te *non* cum hac transmissione.

Inter lemmata recipiunt hanc transmissionem sola lemmata specialia 97000, quae sub se colligunt omnes formas quibus adjicitur una ex septem particulis encliticis: *ce cum met ne que tenuis ve*.

Facile autem est intelligere quinam tituli syntagmatum afficiantur hac transmissione. Sed haec semel tantum additur post ea plura syntagmata quae idem lemma continent.

6.3. hac ratione nullibi inventa: dicuntur duo syntagmata quae constat in nullo S. Thomae opere occurrisse: *fomes+concupiscentia* et *educo+ex+potentia*.

6.4. sub eius formis vide cur absit: dicitur de lemmatis quae de facto nusquam occurrunt, licet non sint de numero illorum quae non sunt separata a suis homographis propter improbabilem homographiam.

6.5. hoc sensu nullibi inventa: dicitur de formis homographis quarum contextus accurate et singillatim a nobis examinati ostenderunt nusquam secundum hanc sed semper secundum unam ex aliis significationibus occurrere. De hac significatione pro certo constat — quantum humana fragilitas nosse sinit... — nūquād eam adesse in ullo ex nostris operibus.

6.6. correctis textibus disparuit: dicitur de vocibus quae existebant in priore redactione textus, sed non amplius occurrunt in illa redactione definitiva quam servamus nunc in *taenia* (*tape*, *Band*) magnetica. Pleraque mutationes in textu factae sunt cum prior textus non criticus aptatus est textui leonino recentissime edito, iuxta ea quae in volumine introductionis significantur. Admodum paucae aliae mutationes originem habuerunt ex veris erroribus. Adverte nullam formam lemmatum specialium hanc transmissionem recipere, ratione quae pariter in volumine introductionis declaratur.

7. ERRORES CORRIGENDI IN HIS INDICIBUS

7.1. In titulis formarum 00489 *absalone* et *absalonem* dele notam *be*. Titulo lemmatis 11075 *bariona* adde notam :2. Pariter titulo lemmatis 43458 *invanum* adde notam :2.

7.2. In quantitatibus. Errorum qui denuntiantur in Tabula Errorum Concordantiae Primae Sectionis Secundae inde a vol. XI^o: iam sunt correcti in Indicibus nn. 1, 2, 3, 4, 8, 10, 11, 13, 14, 15, 17, 29, 36, 38, 43; non afficiunt hos Indices nn. 5, 7, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 37, 39, 40, 41, 42; non sunt correcti in Indicibus nn. 6, 9, 12, 16, 18, 19, 20, 21.

Habita ergo ratione horum postremorum et quorundam aliorum errorum alicuius momenti, occurrentium in sententiis aut operibus quae non cadunt in Concordantiam Primam Sectionis Secundae, en quantitates quae sunt corrigendae hic in his Indicibus. Eas enuntio prout sunt primo corrigendae in Singillata Distributione Formarum.

Ipse consequenter modificare valebis numeros extantes 1° sub col. *a* et, quando casus id ferat, etiam *k* in eadem linea eiusdem operis; 2° in respectiva linea complexiva; 3° in Singillatione Lemmatum; 4° in utroque Prospectu.

	<i>sub forma</i>	<i>in linea operis</i>	<i>in col.</i>	<i>corrige</i>
01570	ad	025(OCI)	e	-1
04280	aliquis	062(CMP)	e	+1
04280	aliquid	062(CMP)	e	-1
12209	bonum	018(QDW)	e	-1
24929	dicat	131(XBC)	e	+1
27060	ex	018(QDW)	e	-1
29606	et	025(OCI)	e	-1
37571	hoc	025(OCI)	e	-1
39143	idolatria	086(REI)	e	+1
39143	idolatriam	086(REI)	e	-1
39439	illud	019(QDL)	e	-1
39439	illuc	019(QDL)	e	+1
39805	immo	131(XBC)	e	+1
40308	in	018(QDW)	e	-1
44490	justitia	069(CPH)	i	-1
44490	justitiae	069(CPH)	i	+1
50560	membra	131(XBC)	e	+1
53562	naturaliter	018(QDW)	e	-1
53864	negativi	160(XPL)	e	-1
53886	negati	160(XPL)	e	+1
54685	non	131(XBC)	e	+1
55114	numquid	131(XBC)	e	+1
59443	patet	025(OCI)	e	-1
59741	pecuniosorum	131(XBC)	e	+1
60163	per	025(OCI)	e	-1
64057	possunt	131(XBC)	e	+1
67774	quasi	131(XBC)	e	+1
67866	qui	088(R1C)	i	-1
67866	quid	088(R1C)	i	+1
69813	responsio	025(OCI)	e	-1
71517	sal	144(XLM)	e	-1
75791	sitire	131(XBC)	e	+1
75954	sol	144(XLM)	e	+1
81698	tendit	018(QDW)	e	-1
83635	totum	069(CPH)	e	+1
85083	tutum	069(CPH)	e	-1
88528	virtus	148(XPF)	e	-1
88528	virtute	148(XPF)	e	+1
91000	sexturn	025(OCI)	e	-1

Haec scribendo concluseram die 22 aprilis 1975.

Robertus Busa SI

OPERA QUAE IN INDICEM THOMISTICUM SUNT REDACTA

	001-118 OPERA OMNIA IPSIUS S. THOMAE			
codices operis	001-019 OPERA MAIORA	constat vocabulis		
001 1SN 002 2SN 003 3SN 004 4SN 001-004	IN I SENTENTIARUM IN II SENTENTIARUM IN III SENTENTIARUM IN IV SENTENTIARUM	268.965 296.309 334.431 597.821 1.497.526		
	textus ex ed. Prima Americana t. VI, VII-1 et VII-2 New York, 1948 (reimpresio editionis Parmensis t. VI, 1856 et t. VII, 1858).			
005 SCG#	SUMMA CONTRA GENTILES . textus Leoninus (t. XIII, XIV, XV: 1918, 1926, 1930) ex ed. Marietti 1961.	325.820		
006 ADL#	AUTOGRAPHI DELETA Coadunat: 1. P.-M. Gils OP: Textes inédits de St. Tho- mas: Les premières rédactions du Scriptum super Tertio Sententiarum. in Revue des Sciences Philosophiques et Théologiques: XLV-2 (Avril 1961) pp. 201- 228; XLVI-3 (Juillet 1962) pp. 445-462; XLVI-4 (Octobre 1962) pp. 609-628. 2. Summae contra Gentiles Primae Redactiones Libri Primi, Secundi et Tertii. in appendicibus editionis Leoninae, vol. XIII (1918) pp. 6-61 et XIV (1926) pp. 5-49. 3. Expositionis super Librum Boethii De Tri- nitate Liturae in Autographo, ed. B. Decker 2 ^a ed. Leiden 1959, pp. 230-234. In nostris citationibus haec autographa repre- sentantur respective symbolis 3S - G1, G2, G3 - BT.	70.763		
007 ST1 008 ST2 009 ST3# 010 ST4# 007 - 010	SUMMAE THEOLOGIAE PRIMA PARS PRIMA SECUNDÆ SECUNDA SECUNDÆ TERTIA PARS	364.484 * 358.954 513.890 336.106 1.573.434 *		
	007: qu. 1-49, textus ed. Leoninae t. IV (1888) qu. 50 - finis, textus leoninus ex ed. Ma- rietti 1948. 008: textus leoninus ex ed. Marietti 1948. 009: textus ed. Leoninae t. VIII (1895), IX (1897) et X (1899). 010: textus ed. Leoninae t. XI (1903) et XII (1905).			
011 QDV#	QU. DISP. DE VERITATE - 1° Quaestio Disputata De Veritate, usque ad qu. XXII - art. 11 corpus, inclusive: textus Leonino aequiparatus, t. XXII (vol. 1 fasc. 2, vol. II fasc. 1 et 2: 1970-1972; reliqua ex plagulis leoninis de prelo emendatis). N.B. Ex qu. VII articulus 9 excerptus est, utpote authentiae disputabilis, ut fieret nostrum 118 DLV: Utrum aliquid de libro vitae deleri possit.	287.113 *		
012 QDV	QU. DISP. DE VERITATE - 2° Quaestio Disputata De Veritate, a qu. XXII art. 11 resp. ad 1m, usque ad finem: textus ex editione Marietti 1953.	114.991 402.104 *		
011 - 012				
013 QDP	QU. DISP. DE POTENTIA textus ed. Marietti 1953. N.B. A qu. IV art. 2 corporis linea 61 (« Se- cundum vero alios Sanctos ») usque ad finem articuli, excerptum est nostrum 149 XQP Inser- tum in de Potentia, Vincentio de Castronovo OP tribuendum.	183.562		
	014 QDM 015 QDS 016 QDA 017 QDI	QU. DISP. DE MALO QU. DISP. DE SPIRIT. CREATURIS QU. DISP. DE ANIMA QU. DISP. DE UNIONE VERBI	180.464 35.279 59.920 10.238	
	018 QDW	QU. DISP. DE VIRTUTIBUS textus ed Marietti 1953. N.B. a Quaestione Unica De Virtutibus in Com- muni inde ab art. 2º resp. ad 9m usque ad fi- nem articuli, excerptum est nostrum 150 XQW Insertum in De Virtutibus, Vincentio de Castro- novo OP tribuendum.	80.068 *	
	019 QDL	QUODLIBETA I - XI textus ed. Marietti 1956. N.B. Quodlibetum XII translatum est inter Reportationes: v. nostrum 077 RQD.	134.152 *	
	001 - 019			4.553.330 *
		020 - 049 OPUSCULA		
	020 OCE# 021 OCG# 022 OSF# 023 OTS# 024 O2D#	CONTRA ERRORES GRAECORUM DE RATIONIBUS FIDEI DE FORMA ABSOLUTIONIS DE SUBSTANTIIS SEPARATIS SUPER DECRETALEM textus leonino aequiparati, ed. Leoninae t. XL (1968).	16.602 9.446 3.698 21.615 7.420	
	025 OCI# 026 OAP# 027 OCR#	CONTRA IMPUGNANTES DE PERFECTIONE SPIRITUALIS VITAE CONTRA DOCTRINAM RETRAHENTIUM textus leonino aequiparati, ed. Leoninae t. XLI (1970).	66.700 * 23.626 19.402	
	028 OCA#	DE UNITATE INTELLECTUS textus. L. W. Keeler SI, Roma 1936, ex ed. Marietti 1954.	14.452	
	029 OEE#	DE ENTE ET ESSENTIA textus L. Baur, Münster 1933, a J. Koch emen- datus et nobis communicatus dactyloscriptus anno 1956: nec adhuc editus.	7.318	
	030 OPN# 031 OPC# 032 OPX# 033 OPO# 034 OCM# 035 OTR# 036 OTE#	DE PRINCIPIIS NATURAE DE MOTU CORDIS DE MIXTIONE ELEMENTORUM DE OCCULTIS OPERIBUS NATURAE DE AETERNITATE MUNDI DE SORTIBUS DE JUDICIIS ASTRORUM textus aequiparati textui leonino, qui nobis dactyloscriptus et adhuc non editus est com- municatus a. 1972.	4.335 1.729 961 1.917 2.188 5.203 351	
	037 ORI	DE REGIMINE JUDAEOREM textus ed. Marietti 1954.	1.660	
	038 ORP	DE REGIMINE PRINCIPUM textus ed. Marietti 1954. N.B. Continuatio operis, post libri II cap. 4 lineam 61, invenitur ut nostrum 147 XRP, Ptolomaeo Lucensi OP attributa.	13.504	
	039 OTT 040 OSS 041 OPW 042 OS1 043 OS2 044 OS3 045 OS4 046 OS5	COMPENDIUM THEOLOGIAE DE ARTICULIS FIDEI ETC. DE EMPTIONE ET VENDITIONE RESP. AD LECT. VENETUM DE ART. 30 RESP. AD LECT. VENETUM DE ART. 36 RESP. AD LECT. VERCELL. DE ART. 42 RESP. AD LECT. VERCELL. DE ART. 108 RESP. AD LECT. BISUNTINUM textus ed. Marietti 1954.	69.896 6.478 546 2.147 3.877 3.719 8.077 773	
	047 OS6	RESPONSIO AD BERNARDUM textus ed. Marietti 1954, integratus lineis 131- 136 ex ed. A. Tosti OSB Montis Casini, 1875.	754	
	048 OTC 049 OTD	PRINCIPIUM BIBLICUM BREVE PRINCIPIUM textus ed. Marietti 1954.	2.496 1.271	
	020 - 049			322.161 *

	050 - 076 COMMENTARIA			
050 CCM#	IN LIBROS DE CAELO ET MUNDO textus ed. Leoninae t. III (1886). N.B. Continuatio operis, post libri III cap. 8 n. 9 lineam 17, ex ed. Parmensis t. XIX, 1865, invenitur ut nostrum 142 XCM, a Petro de Alvernia exarata.	108.691	071 CMT 072 CMC 073 CLC 074 CJO	CATENA AUREA IN MATTHAEUM CATENA AUREA IN MARCUM CATENA AUREA IN LUCAM CATENA AUREA IN JOANNEM textus ed. Marietti 1953.
051 CGC#	IN LIBROS DE GENER. ET CORRUPT. textus ed. Leoninae t. III (1886). N.B. Continuatio operis, post libri I lectionem 17, ex editionis Leoninae t. III (1886), invenitur ut nostrum 153 XGC, ab ignoto auctore compilata.	21.979	075 CRO 076 C1C	SUPER EP. AD ROMANOS textus ed. Marietti 1953.
052 CPY#	IN LIBROS PHYSICORUM textus leoninus (t. II, 1884) ex ed. Marietti 1954.	197.747		SUPER I AD COR. I.-VII L. 2. textus ed. Marietti 1953.
053 CTC#	SENTENTIA LIBRI ETHICORUM textus leonino aequiparatus, ex plagulis de prelo emendatis, ed. Leoninae t. XLVII (1969)	199.955	067 - 076 050 - 076	N.B. Continuatio operis, post cap. VII lect. 2 lineam 29, (scilicet post medietatem n.i 337 in ed. Marietti: non vero ab initio n.i 347 ut Marietti indicat) invenitur in aliis duobus nostris operibus: exinde usque ad cap. X inclusive, ut nostrum 146 X1C, a Petro de Tarantasia OP et Nicolao de Gorran OP exarata; a cap. XI ad finem, ut nostrum 088 R1C, inter Reportationes translata. Et cfr. etiam 087 RIL.
054 CTE#	TABULA LIBRI ETHICORUM textus ed. Leoninae t. XLVIII (1971).	31.905		
055 CPO#	SENTENTIA LIBRI POLITICORUM textus leonino aequiparatus, ex plagulis de prelo emendatis, ed. Leoninae t. XLVIII (1971). N.B. Continuatio operis, post libri III lect. 6, ex ed. Marietti 1951, invenitur ut nostrum 143 XPO, a Petro de Alvernia exarata.	56.192	077 RQD 078 RAN	QUODLIBETUM XII textus ed. Marietti 1956: vide 019 QDL.
056 CPA	IN LIBROS POSTER. ANALYT. textus ed. Leoninae t. I (1882).	86.684	079 RSV 080 RSU	IN ARISTOTELIS DE ANIMA L. I textus ed. Marietti 1959: vide 059 CAN.
057 CME	IN LIBROS METEOREOLOGICORUM textus ed. Leoninae t. III (1886). N.B. Continuatio operis, post libri II lect. 10, ex ed. Leoninae eodem tomo, invenitur ut nostrum 154 XME, ab ignoto auctore conscripta.	34.673		IN SYMBOLUM APOSTOLORUM textus ed. Marietti 1954.
058 CPE	IN LIBROS PERIHERMENEIAS textus leoninus (t. I, 1882) ex ed. Marietti 1955. N.B. Continuatio operis post libri II lect. 2, invenitur ut nostrum 152 XPE, a Caietano exarata.	31.750	081 RST 082 RAC	IN ORATIONEM DOMINICAM textus ed. Marietti 1954.
059 CAN	IN LIBROS DE ANIMA II ET III textus ed. Marietti 1959. N.B. Operis liber I translatus est inter Reportationes: v. nostrum 078 RAN.	66.801 *	083 RSR	N.B. Prima Petatio (Marietti nn. 1044-1050) inde excerpta est, utpote quae ab Aldobrandino de Toscanella inserta est, et invenitur ut nostrum 129 XSU.
060 CSS	IN LIBROS DE SENSU ET SENSATO	33.118		IN SALUTATIONEM ANGELICAM
061 CMR	IN LIBROS DE MEMORIA ET REMIN.	10.629		DE DUOBUS PRAECEPTIS CHARITATIS
062 CMP	IN LIBROS METAPHYSICORUM textus ed. Marietti 1950.	260.960		textus ed. Marietti 1954.
050 - 062		1.141.084 *		
063 CDC#	IN LIBRUM DE CAUSIS textus a H. D. Saffrey OP editus, Fribourg Louvain 1954.	29.665		SERMONES continet:
064 CBT#	IN LIBRUM BOETHII DE TRINITATE textus a B. Decker editus, 2 ^a ed., Leiden 1959.	41.502		1. Puer Jesus. 2. Attendite a falsis. 3. Lux orta. textus ed. Parmensis t. XXIV, 1869.
065 CBH	IN BOETHII DE HEBDOMADIBUS textus ed. Marietti 1954.	6.596		4. Celum et terra. 5. Abjiciamus opera. 5. Homo quidam. 7. Beata gens. 8. Beatus vir. 9. Ecce ego.
066 CDN	IN DIONYSII DE DIVINIS NOMINIBUS textus ed. Marietti 1950.	96.689		textus ed. Vivès t. XXXII, 1879.
063 - 066		174.452		10. Osanna Filio David. 11. Exit qui seminat. 12. Beati qui habitant.
067 CIO#	IN JOB textus ed. Leoninae t. XXVI (1965).	115.239	084 RPS	textus Th. Kaepeli OP: Archivum Fratrum Praedicatorum, XIII (1943) pp. 72ss., 75ss., 88ss.
068 CIS#	IN ISAIAM textus aequiparatus textui leonino, qui nobis dactyloscriptus communicatus est anno 1969.	100.322 *		13. Ecce Rex tuus venit. textus J. Leclercq OSB: Revue Thomiste, XLVI (1946) pp. 158ss.
069 CPH	IN HIEREMIAM	58.473		14. Germinet terra. textus P.A. Uccelli: I Gigli a Maria, XII 2-3 (Marzo 1874) pp. 126ss.
070 CTH	IN THRENOS HIEREMIAE textus ed. Parmensis, t. XIV, 1863.	12.147	085 REM	N.B. Alii sermones inveniuntur in nostris 113 DSR, 128 XAW, 173 XSR.
			086 REI	SUPER .EVANGELIUM MATTHAEI textus ed. Marietti, 1951.
				N.B. Duo hinc excerpta sunt (1. a cap. V parte III ad cap. VI partem II inclusive: nn. 444-582; 2. cap. VI pars IV: nn. 603-610) quia a Petro de Scala inserta, et constituant nostrum 144 XLM.
				SUPER EVANGELIUM JOHANNIS textus ed. Marietti 1952.

087 RIL	REPORTATIONES INEDITAE LEONINAE textus adhuc inediti leonini qui nobis dactyloscripti communicati sunt a. 1969. Sunt autem: 1. ex lectura super Matth.: V,10-22. 2. ex lectura super Matth.: VI,9-15. 3. ex Super Epistolam 1 ad Cor.: XI,1 - XIII,11. 4. ex Super Epistolam ad Hebreos Prologus.	34.363
088 R1C	SUPER I AD COR. XI - XVI textus ed. Marietti 1953. Vide 076 C1C.	54.098
089 R2C	SUPER II AD COR.	65.409
090 RGL	SUPER AD GALATAS	48.078
091 REP	SUPER AD EPH.	48.331
092 RPL	SUPER AD PHILIP.	18.068
093 RCL	SUPER AD COLOSS.	19.190
094 R1T	SUPER AD THESS. I	12.341
095 R2T	SUPER AD THESS. II	8.456
096 RT1	SUPER AD THIM. I	27.755
097 RT2	SUPER AD THIM. II	16.816
098 RTT	SUPER AD TITUM	12.484
099 RPM	SUPER AD PHILEMONEM	3.082
100 RHE	SUPER AD HEBRAEOS textus ed. Marietti 1953.	100.965
077 - 100		1.325.609
101 - 118 DUBIAE AUTHENTICITATIS		
101 DTX	DE SECRETO	795
102 DTI	DE NATURA VERBI INTELLECTUS	2.912
103 DP5	DE INSTANTIBUS	4.622
104 DPM	DE NAT. MATERIAE ET DIM. INT.	9.030
105 DP9	DE PRINCIPIO INDIVIDUATIONIS	1.511
106 DPA	DE NATURA ACCIDENTIS	1.925
107 DPG	DE NATURA GENERIS	17.509
108 DP4	DE QUATUOR OPPPOSITIS	6.842
109 DP3	DE FALLACIIS	9.820
110 DPP	DE PROPOSITIONIBUS MODALIBUS	753
111 DAS	EPISTOLA DE MODO STUDENDI	183
112 DSG	OFFICIIUM DE FESTO CORPORIS CHRISTI textus ed. Marietti 1954.	2.144
113 DSR	SERMONES continet: 1. Hodierne Festivitatis. textus ed. Vivès t. XXXII, 1879, qui etiam in ed. Parmensis t. XXIV pag. 230 reperitur. 2. Petite et accipietis. textus ed. Vivès t. XXXII, 1879. 3. Omnia parata. textus B. Hauréau: Notices et extraits de quelques manuscrits latins de la Bibliotheque Nationale, t. IV, Paris 1892. 4. Sapientia confortabit. 5. Adaperiat Deus. 6. Que autem in celis. textus A. Gardeil OP in Revue Thomiste I (1893) pp. 379-386. 7. Cecidit sors. textus G. Meerseman OP in Arch. Fratrum Praedicatorum XVIII (1948) pp. 159ss., a leoninis revisus.	6.249
114 DSP	PIAE PRECES textus ed. Parmensis t. XXIV, 1869.	2.050
115 DP2	DE CONCORDANTIIS SUIPSIUS textus ed. Parmensis t. XVII, 1864.	7.290
116 DOA	UTRUM in CREATURIS SIT ORDO AGENDI textus H. Guillermin OP: Extrait de la Revue des Lettres Chrétiennes, Desclée, De Brower 1881.	457
117 DIA#	QU. DE IMMORTALITATE ANIMAE textus E. Gómez OP, Valencia 1935.	4.883
118 DLV#	UTRUM AL. DE LIBRO VITAE DELERI P. textus ed. Leoninae t. XXII vol. 1 fasc. 2 (1970). Vide 011 QDV.	2.302
101 - 118		81.277
001 - 118		8.767.854 *

119-179 OPERA ALIORUM AUCTORUM

119 XCC	Haimo Altissiodorensis OSB † 850 IN CANTICUM EXP. I « Salomon inspiratus » textus ed. Parmensis t. XIV, 1863.	26.958
120 XEM	Richardus de Wedinghausen OPraem † c. 1180 EXPOSITIO MISSAE textus ed. Parmensis t. XVII, 1864.	3.087
121 XSV	Adamus de Buckfield † 1285	
122 XSM	IN DE SOMMO ET VIGILIA	6.955
123 XDS	IN DE SOMNIIS	4.437
	IN DE DIVINATIONE PER SOMNUM textus ed. Parmensis t. XX, 1866.	2.396
124 XTU	Aegidius de Lessinia OP † c. 1278 DE USURIS IN COMMUNI textus ed. Parmensis t. XVII, 1864.	21.951
125 XC2	Aegidius de Roma OESA † 1316 IN CANTICUM EXP. II « In Principio » textus ed. Parmensis t. XIV, 1863.	31.238
126 XDP	Albertus Magnus OP † 1280 DE PULCHRO ET BONO textus P.A. Uccelli, Napoli 1869.	9.154
127 XPZ	DE FATO textus ed. Parmensis t. XVI, 1864.	5.759
128 XAW	Aldobrandinus de Cavalcantibus OP † 1279 SERMONES PRO DOMINICIS ETC. textus ed. Parmensis t. XV, 1864.	86.146 *
129 XSU	Aldobrandinus de Toscanella OP † 1292 INSERTUM IN OPUSC. IN PATER textus ed. Marietti 1954. Vide 080 RSU.	565
130 XRE	Guillelmus Peraldus OP † c. 1271 DE ERUDITIONE PRINCIPUM textus ed. Parmensis t. XVI, 1864.	75.552
131 XBC	Guillelmus Wheatley † post 1317	
132 XBD	IN BOETHII DE CONSOL. PHILOS. IN BOETHII DE SCHOLARIUM DISC. textus ed. Parmensis t. XXIV, 1869.	116.582 * 56.040
133 XAO	Helvicus Theutonicus OP † 1300 DE DILECTIONE DEI ET PROXIMI textus ed. Parmensis t. XVII, 1864.	44.831
134 X1A	(inc.) Hugo de S. Caro OP † 1263 SUPER APOCALYPSIM - I « Vedit Jacob » textus ed. Parmensis t. XXIII, 1869.	182.111 *
135 XTA	Jacobus de Benevento OP † 1260/70 DE ADVENTU ETC. ANTICHRISTI DE PRAEAMBULIS AD JUDICIUM ETC. textus ed. Parmensis t. XVII, 1864.	12.527 16.420

DA	Johannis Michaelis OFM † c. 1320 IN DANIELEM IN LIBROS MACHABAECORUM textus ed. Parmensis t. XXIII, 1869.	55.605 31.242
Z	Leonardus Pistoriensis OP † c. 1280 DE PRAESENTIA ET PRAEDESTIN. textus ed. Parmensis t. XXII, 1868.	9.204
T	Nicolaus de Cotrone † c. 1260 LIBER DE FIDE TRINITATIS textus ed. Leoninae t. XL (1967).	27.330
C	Nicolaus de Gorran OP † 1295 IN 7 EPISTOLAS CANONICAS textus ed. Parmensis t. XXIII, 1869.	89.394 *
M	Petrus de Alvernia † 1304 IN DE CAELO ET MUNDO CONTIN. textus ed. Parmensis t. XIX, 1865. Vide 050 CCM.	29.267
D	IN POLITICORUM CONTINUATIO textus ed. Marietti 1951. Vide 055 CPO.	150.392
I	Petrus de Scala OP † 1295 INSERTA IN LECTURA SUPER MATTH. textus ed. Marietti 1951. Vide 085 REM.	14.066
J	Petrus Johannis Olivi OFM † 1298 POSTILLA IN LIBRUM GENESEOS textus ed. Parmensis t. XXIII, 1869.	128.398
	Petrus de Tarantasia OP † 1295 (Nicolaus de Gorran) POSTILLA IN I AD CORINTHIOS textus ed. Marietti 1953. Vide 076 C1C.	23.711
	Ptolomaeus de Lucca OP † 1327 DE REGIMINE PRINCIPUM CONTINUATIO textus ed. Marietti 1954. Vide 038 ORP.	44.545
	Thomás de Sutton OP † c. 1315 DE PLURALITATE FORMARUM textus primae et secundae partis est ed. Par- mensis t. XVII, 1864; inde a tertia parte est P. Mandonnet OP, Paris 1927.	15.078
	Matthaeus de Cracovia † 1410 DE MODO CONFITENDI ET PUR. CONSC. textus ed. Parmensis t. XVII, 1864.	11.922
	Vincentius de Castronovo OP † 1506 INSERTUM IN QU. DISP. DE POTENTIA textus ed. Marietti 1953. Vide 013 QDP. INSERTUM IN QU. DISP. DE VIRTUTIBUS textus ed. Marietti 1953. Vide 018 QDW.	11.962 1.951
	Card. Cajetanus OP † 1533 IN PERIHERMENEIAS CONTINUATIO textus leoninus (t. I, 1882) ex ed. Marietti 1955. Vide 058 CPE.	30.203
		1.376.979 *

IGNOTI AUCTORIS.		
153 XGC	IN DE GENER. ET CORR. CONTINUATIO textus ed. Leoninae t. III, 1886. Vide 051 CGC.	31.602
154 XME	IN METEOROLOGICORUM CONTIN. textus ed. Leoninae t. III, 1886. Vide 057 CME.	39.760
155 XPT	DE TEMPORE	5.240
156 XP6	DE NATURA LOCI	2.880
157 XPI	DE INTELLECTU ET INTELLIGIBILI	1.620
158 XP8	DE POTENTIIS ANIMAE	6.300
159 XPS	DE NATURA SYLLOGISMORUM	2.863
160 XPL	DE TOTIUS LOGICAE ARIST. SUMMA	55.779
161 XPV	DE INVENTIONE MEDII	555
162 XPU	DE UNIVERSALIBUS I: « Circa universalia »	3.272
163 XU2	DE UNIVERSALIBUS II: « Quoniam dicit »	2.688
164 XSA	DE VENER. SACRAMENTO ALTARIS	37.820
165 XSE	DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE	7.285
166 XTH	DE HUMANITATE J.C.D.N.	44.809
167 XTM	DE DIVINIS MORIBUS	4.850
168 XTB	DE BEATITUDINE	13.743
169 XSO	DE OFFICIO SACERDOTIS	9.248
170 XAV	DE VITIIS ET VIRTUTIBUS textus ed. Parmensis t. XVII, 1864.	4.666
171 X2A	SUPER APOCALYPSIM - II « Vox Domini ». textus ed. Parmensis t. XXIII, 1869.	191.111 *
172 XPB	DE MOTORIBUS CORPORUM CAEL.	2.283
173 XSR	SERMO: « INTRAVIT REX ».	1.583
174 XSX	OFFICIUM DE FESTO S. AUGUSTINI textus ed. Parmensis t. XXIV, 1869.	1.581
175 XPD	DE DEMONSTRATIONE textus ed. Marietti 1954.	891
176 XNB	QU. DE NATURA BEATITUDINIS textus P. Mandonnet OP in Revue Thomiste, XXIII (1918) pp. 266-287 et 341-371.	1.371
177 XUN	DE UNIVERSALIBUS: « Universale esse satis ». textus C. Ottaviano, Roma 1932.	6.456
178 XAM	DE ARTE MUSICA textus G. Amelli, Milano 1880.	1.866
179 XM2	ARS MUSYCE textus M. Di Martino, Napoli 1933.	5.024
153 - 179		487.146 *
119 - 179		1.864.125 *
001 - 179		10.631.979 *

Ipse forte iam animadvertisisti, hoc signo # illorum S. Thome operum symbola affici quorum textus adhibitus a nobis, critice editus iudicandus est. Aliorum vero auctorum opera tali signo discriminata non sunt, licet quaedam id mererentur, ut 140 XFT, 153 XGC, 154 XME et forte etiam 126 XDP atque 176 XNB.

Linea vero perpendiculari ad sui dexterum latus illa opera coniunguntur quorum summae in Conspectu Distributionis sive Lemmatum sive Formarum in unam consolidatae, spatii gratia, praebentur.

Juxta quae mihi Commissionis Leoninae Patres OP benigne communicaverant, hunc operum indicem ordinaveram atque emendatum auctumque die 8 Decembris 1973 iterum edideram.

Posteriores quaedam mutationes in numeris vocabulorum, quae die 2 Februarii anni 1975 conclusae sunt, inde a vol. XI° stellula consignatae inveniuntur.

Robertus Busa SI